

Primo q sic. et q ob hoc monasteriū destruet. sicut in fili videmus q aliqui ciuitas submittit aratro ppter delictū ciuium. iuxta plene no. per Bar. in l. aut facta. ff. de pe. et dixi in c. dilectus. j. de simo. Itē ciuitas priuat dignitate epatus ppter delictū ciuiū. vt in c. ita nos. xrv. q. ij. Itē theozica cōis gl. est q delictū plati et capituli nocet ecclesie. vt no. in c. ij. de ordi. cog. et in regula delictū. de re. iur. li. vj. facit. l. iubemus nullam nauem. C. de sac. sanc. ec. Alia opi. ē q monasteriū nō destruet sed repellētur persone et alij instituent. et hec opi. est verior et equior et sic potius puniant psonē q ecclesia. ar. c. romana in fi. de sen. ex. li. vj. et cū hac opi. trāsit ibi Spe. hanc questionem possumus adducere generaliter ad donationem factā ecclesie nunquid ob ingratitudinē prelati et capituli veniat reuocanda sed in hoc amplius nō insisto. qz dependet ab alia questione multū prolixa nunquid delictū prelati et capituli nocet ecclesie. dicendū est vt plene dixi in c. j. de do. et cōm. et in d. c. dilectus. de simo.

De peculio clericorum.

Rubrica.

Supra visum ē de donationibus s; qz dubitari poterat nunquid clerici possunt donationes facere de eoz peculio merito supposuit hanc rubricam Et scias q peculū capis multis modis. et q ad ppositum dicitur patrimoniū ipsoz clericorum. vnde sepe capis peculū p patrimonio alicuius. et dicitur peculū a pecunia. et est nomē diminutiū qsi parua pecunia. et pecunia dicitur a pecudib; vel pecorib; et id qdquid antiqui habebant cōsistebat in pecudibus. j. q. iij. in c. totū. et credo q istud vocabulū diminutiū fuit attributū clericis. qz vt plurimū nō habent ampla patrimonā. qsiqz peculū sumit strictius. et pprie dicitur pecunia quā habet existens in potestate alterius. vt filiūfamilias vel seruus. Et scias q reperit in quadruplici specie. nam ē peculū castrense quasi castrense pfecticiū et aduenticiū. Castrense ē qd filiūfamilias. acquirit in castris. i. i bello. et de illo potest disponere tanqz paterfamilias. Quasi castrense est qd acquirit fili; in aduocatione. nā aduocati qsi militanti. l. aduocati. C. d. aduo. di. iij. et idē ē in omni officio publico. et istud iudicat vt castrense peculū. Profecticiū ē qd filio obuēit ex bonis pñis. sic dictū. qz pñis ex bonis paternis. et istud nō acquirit filio. Aduenticiū est qd aduenit filio aliunde puta ex donatione vel ex successione vt ex industria sua. vel ex prospera fortuna. et proprietās huius peculij acquirit filio. usufructus acquiritur patri in vita. et de his vide in spe. i. ti. de dona. §. j. x. quid si de peculio. et sequētib; et ibi habes vtrū in dubio filius psumat acquisuisse ex bonis paternis an ex industria. vide no. gl. in l. cū oporteat. C. de bonis quelibet. In clerico vero aduertendum. nam videntur solū differre a laicis i peculio aduenticio. et intellige d clericis filiūfamilias. nā pdericatū nō eximit a potestate paterna in tēporalibus. licet glo. aliud senserit et minus bene in c. idē. cor. de eta. et quali. sed Inno. tenet ibi pñū. et doc.

cōiter. et pbat in c. p venerabilem. qui si. sint leg. vbi est speciale in epō. et probat in auē. cōstitutio. q de dignitatibus liberat a paterna potestate. vbi solū sit mentio de epatu. facit in ar. c. si annū. de iudi. li. vj. vbi dicit q i spūalib; filius nō est sub potestate patris. secus ergo in tēporalibus. vnde dicit. dū est de speciebus istius peculij in clerico sicut i laico. sed in aduenticiis secus est. nam illud qd est castrense vel quasi castrense in laico ē aduenticiū in clerico. qz acquirit sibi peculū aduenticiū etiā quo ad usufructū. vt est tex. no. in auē. pñyteros. C. de epi. et de. no. hosti. et cōiter doc. in c. qz. j. ti. pr. qd bene notabis. Itē peculū castrense vel quasi potest dici in clerico qd puenit ex beneficio spūali. et bēet vix tenēdo opi. q clericus faciat fructus suos iuxta no. in c. pñenti. de offi. ordi. li. vj. sed tenēdo ptrariā opi. q mibi plus placet pōt appellari peculū pfecticiū. et iudicari debet vt pfecticiū.

Questigandum.

Questus a rectore eccle tpe pmo tionis nihil habente psumit de bonis eccle questum. Nota pmo q paupertas nō impedit nec excusat quo min; clericus possit promoueri ad bñficiū licet aliud sit in tutore. vt insti. de excu. tuto. i fine. vide glo. xij. q. iij. in c. j. Itē nota q quicqd acquirit clericus beneficiatus nil patrimoniū habens psumitur acquisuisse ex beneficio. sile in vxore que psumit acquisuisse aliquid ex bonis mariti. l. etiam. C. de dona. inter vi. et vxor. Mo. ibi eē debet. tex. qsi expressum q res acquisita ex pecunia eccle pertale administrationē efficit ecclesie. licet cleric; emerit noie pprio. nā si emisit hoc noie eccle nō oportet inuestigare vtrū habuit propriū vel ne. loquitur ergo quādo fraudulenter emerit noie pprio. et sic tex. iste ponit casum speciale in ecclesia. nā regulariter cōtra. qz res emptā ex pecunia mea nō ē mea vt videbis latius. j. in c. inquirendum. licet hosti. dicat ibi q in ecclesia nō est tex. expressus. s; vt dixi b videb; tex. et ad idē. c. j. ti. pxi. In glo. si. i. fi. no. glo. in eo q vult q iste tex. nō inducat psumptionē iuris et de iure. vt nō admittat pbatōnē in pñum vñ poterit pbari p heredē cleric; q lz non habuerit patrimoniū lucratus fuit ex artificio. puta qz erat doctor vel bon; scriptor vel qd sile. nā ista acquisita ex industria psonē nō acquirunt eccle. vt in c. quia nos. de testa. et vide de hoc qd lati; dicit in c. iij. j. co. Sed cōtra b; et tex. oppo. de l. si defunct;. C. arbitriū tutele. vbi habet q curator seu tutor psumit acquisuisse nō ex bonis pupilli seu minoris s; ex ppria industria seu pspereitate fortune. q idem dicendū i clerico. So. tutor vel curator ē temporalis et tenet reddere rōnez administrationis. nec habet ita liberā administrationē sicut cleric;. Itē tutor vt curator licite negociat q oia cessant i clerico. nā cleric; nō d; negociari. j. ne de. vel mona. p totū. vñ si psumerem; negociationē psumerem; delictū. qd nō est sciendū. Eadē rō ē in vxore. nā si nō psumere mus q ex bonis mariti acquisuerit presumetur q

turpiter aliunde quesierit. vñ quēadmodū oīa bona sunt mariti carnalis. l. dote ancillā. C. de rei vēdi. ita bona ecclesie sunt ecclesie ip̄i. id ē p̄sumim⁹ p̄ dñō. tñ vt dixi iste p̄sumptiones admittunt p̄bationes in p̄rium. Quid si vxor habeat multa bona extra dotē z maritus erat inops. certe potuit querere ex fructibus bonorū suorū sicut dicimus de clerico habēte patrimoniū vel artificii. **Secūdo** op̄. 3. tex. in eo q̄ loquit̄ de p̄moro ad ordinē. nam cōstitutus in ordine nō h̄z administrationē ecclesie. ergo nō debet p̄sumi q̄ acquisierit ex bonis ecclesie. **So. doc.** exponit̄ tex. z bñ ibi ordinē. i. bñficiū vel titulū vel in administrationē vt colligitur ex sequentibus. nā occasione ordinis h̄z bñficiū. sec⁹ dicunt si bñficiū ē simplex. q̄ tñc nō ēēt p̄sumptio p̄ ecclesia. allegant. c. requisisti. in fi. de testa. Sed aduerte q̄ hoc dictū nō videt̄ fundatū rōne. nā quēadmodū rōne administrationis ecclesie p̄sumitur q̄ rector ecclesie acquisierit ex bonis ecclesie. ita rōne administrationis bonorū bñficij p̄sumi d̄z q̄ acquisierit ex bonis bñficij. nā eadē rō ibi ē in vtriusq̄. z c. requisisti. nihil facit. loquit̄ enī nō in emptis seu acquisitis p̄ clericū. sed in relicto sibi facto vtrū p̄sumat̄ relicti factū intuitu ecclesie an intuitu persone. q̄ si habet bñficiū simplex in ecclesia p̄sumit̄ q̄ intuitu persone. nisi velis saluare dictū **So. an. z doc.** tenēdo glo. in. c. presenti. de offi. ordi. li. vi. que dicit q̄ simplex bñficiatus facit oēs fructus suos in vita z in morte. sed illa op̄. nō probatur iure. vt plene dico in repetitione. c. cū eses. de testa. idem dicit in vicario quod in rectore. aut est perpetuus aut tēporalis. z tunc distingue per supradicta.

P Resbiter. De emptis p̄ prelaturam de bonis ecclesie debz in instrumentū cōfici noīe ecclesie. als d̄z p̄lat⁹ ab administratione remoueri. h. d. **Mo. p̄mo** ibi p̄sbyter. q̄ p̄sbyter dicit̄ tenere dioecēsim. z si vis intelligere de p̄sbio p̄prie expone dioecēsim. i. parochia q̄ dioecēsis p̄prie ē in gubernatione ep̄i. in. c. si ep̄s de offi. ordi. li. vi. f. potest exponi p̄sbyter. id ē ep̄s. z tunc verbū dioecēsis stat p̄prie. z tñc colligitur q̄ ep̄s pōt vocari p̄sbyter. nec debz ex hoc dedignari qm̄ est nomē dignitati. nā p̄sbyter grece latine idē est qd̄ senior nō p̄pter etatem decrepitā sic dicitur s̄ propter reuerentiā dignitatis. z ē tex. in. c. clericos. xxi. di. vnde olim in primitiua ecclesia ep̄i z sacerdotes parit̄ appellabā p̄sbyteri qm̄o petr⁹ ap̄ls licet papa ēēt pluries scribebat se p̄sbyterū. xxiij. di. legim⁹. xcy. di. olim. z pluries reperies in iure q̄ p̄sbtz appellatur ep̄s. **Nota** secūdo q̄ ex pecunia illius p̄sumit̄ res empta cuius noīe instrumentū emptionis p̄fectū est. vnde vt appareat rē ēē emptā ex pecunia ecclesie mandat̄ vt instm̄ fiat noīe ecclesie. **Tē** no. q̄ p̄lat⁹ nō ē dñs fructuum bñficij sui. nā si efficeret dñs posset acquirere sibi ex redditib⁹ fm̄ libitū. cui⁹ p̄riū hic decidit̄. z i. c. inquirendū. j. eo. de quo plenius dicit̄ in. c. fi. j. eo. **Mo. q̄ quēadmodū** p̄lat⁹ alienans iam acquisita per ecclesiam debet ab administratione p̄uari. vt i. c. monem⁹. xij. q. ij. ita z si fraudat ecclesiaz

in acq̄rēdis. vt q̄ acq̄sita ex redditib⁹ ecclesie appropriat sibi vel alteri. **Et** h̄ cadit qd̄ quā formāt̄ doct. i. l. q̄quid. C. arbi. tute. quidā volebāt relinq̄re ecclesie certū qd̄. p̄lat⁹ induxit testatorē vt relinqueret sibi potius q̄ ecclesie. nunqd̄ p̄lat⁹ teneat̄ ecclesie ad interesse. z quidā dixerūt q̄ sic. p̄ illā. l. q̄quid. **Ly.** ibi formādo q̄onem i tutore distinguit. q̄ aut blando sermone induxit testatorē ad relinq̄dūz sibi z nō teneat̄. ar. in. l. fi. si quis aliquē testari p̄buerit. vbi patet q̄ nō cōmittit delictū is qui blandis vbiis inducit testatorē ad sibi relinq̄dūz. aut dolo seu fraude. z tunc teneat̄ ecclesie ad interesse.

Nota hanc decisionem. q̄ in contrarium posset induci tex. cū glo. xij. q. iij. quicunq̄. nam si prelatus potuit acquirere ecclesie z neglexit seu pot⁹ voluit sibi q̄rere teneat̄ ecclesie ad interesse. ita dicit ibi glo. quā no. ar. d. l. q̄quid. f. distinctio **Ly.** videt̄ multū eq̄. vt cessante dolo nō teneat̄ cū p̄sonā suā quis teneat̄ p̄ferre cūctis. ar. c. petino. de iureiurā. z de pe. di. ij. f. hec que de charitate.

U vnus. **Questio** p̄ ep̄m post cōsecrationē suā sūt ecclesie relinq̄enda. h. d. **Idez** dicit̄ in alio prelato post p̄mōtionē suā. nam tex. iste pōt intelligi de ep̄o. z tunc vbi cōsecrationis stat p̄prie. z verbum p̄sbyter debet exponi. i. ep̄s p̄ ea que dixi in. c. p̄cedenti. scd̄o pōt intelligi in quibet rectore ecclesie. z tñc verbū p̄sbyter stat p̄prie. z verbum cōsecrationis debz exponi. i. ordinationis seu p̄mōtionis. q̄ p̄prie ep̄s cōsecratur z p̄sbtz ordinat̄ vt in. c. j. de sacramtione. z qd̄ ibi no. **Mo. ibi** relinquat. q̄ prelatus nō pōt in vltima voluntate relinquare bona acquisita intuitu ecclesie. ad hoc. c. q̄. z. c. relatum. de testa. j. **Sed** hic q̄rit̄ d̄ notabili q̄one z quotidiana mortuo prelato sepe orit̄ questio inter successorem beneficij z heredē prelati defuncti sup̄ bonis acquisitis p̄ prelātū. z vt p̄cedat questio d̄z intelligi qm̄ nō apparet noīe ecclesie bona fuisse acquisita. s̄ simplicit̄ p̄lat⁹ emit noīe p̄prio vtrū sit in dubio iudicādū p̄ heredē an p̄ ecclesia. In hac q̄one multe fuerūt opi. nam **So. f.** tenuit q̄ possessor defendendus est in possessione. z sic agentī incūberet onus p̄bandi per tex. xij. q. v. c. j. alij distinxerunt an prelatus fecit inuentariū vel ne. In primo casu vltra cōprehensa in inuentario p̄sumat̄ p̄ heredē. ar. in. l. fi. C. de iure liber. **Secūdo** casu p̄sumit̄ p̄ ecclesia. q̄ prelatus fuit in culpa in nō cōficiendo inuentariū z vtendo p̄miscue rebus p̄prij z ecclesie. ar. xij. q. i. sunt manifeste. **Alij** aliter. **So. an.** fac̄ hic tria membra. aut cōstat p̄latū aliquid habuisse tpe sue p̄mōtionis. aut cōstat q̄ nihil habebat. aut dubitat̄. **Primo** casu dicit̄ p̄sumendū p̄ possessore. z iō si heres ē in possessione illorū bonorū ecclesie incūbit onus p̄bandi q̄ d̄ redditibus ecclesie fuerint acquisita. z p̄cedit h̄ casu opi. **So. f.** **Secūdo** casu cū nihil habuerit tpe p̄mōtionis p̄sumendū ē p̄ ecclesia vt in. c. j. s̄. eo. posset tñ f̄z cū heres p̄bare q̄ ex artificio v̄l aliūde intuitu persone illa bona acquisierit sibi tñ incūbit onus p̄bandi quasi ecclesia habeat intentionē fundatā ex p̄sumptione iuris cōis. **Tertio** casu cū dubitat̄ dicit̄

idē vt psumat p ecclia. poterit tamē pbare heres
platu illa vel alia bona habuisse tpe pmoniois. et cū
hac distinctione transeunt cōter doc. et videt in fa-
cto cōsultuū do. car. vt refert in. c. cū in officiis. j.
ti. j. vbi vide de hac mā p Inn. ego latius hunc ar-
ticulū examino in repetitione. c. cū elles. j. tit. pri.
et in dubio credo qd hec distinctio Jo. an. nō sit vsqz
quasqz vera. nā cōtra primū mēbrū videt text. nō.
cū glo. expressa. xij. q. iij. c. j. vbi dicit qd si prelatus
aliqua acquisiuit psumitur pariter acquisiuisse ex
bonis patrimonialibz et ecclie. vnde debet fieri di-
uisio inter eccliam et heredē fm quātitatē pmonij
et taxationē bñficii. nā sola possessio heredis vel ec-
clesie nō habet inficere hanc presumptionē iuris. et
idē sentit Inn. in. d. c. cū in officiis. Itē cōsidera
qd illud primū mēbrū nō pōt alia rōne pcedere.
quid enī si pmonij erat ita tenue vt nullo modo
ex fructibus illa bona potuissent acquiri. idē dicit in
ecclia. quid enī si bñficiū fuit ita tenue vt vix suffi-
ceret ad alendū rectorē. et pmonij erat ita āpluz
sic etiā scdm mēbrū indistincte nō procedit. nā pōt
qd platus non habebat pmonialia. erat tñ doctor
excellens et ex doctrina multū lucrabat. nā qre hoc
casu debeam? potius psumere p ecclia qd qñ habe-
bat patrimonij. nō apparet rō cū sepe longe maior
sit industria qd sit facultas patrimonij ad pbandū
qd bona fuerint acquisita industria psonē. s. suffice-
ret probare qd prelatus multa lucrabat ex industria
psonē. et tunc idē sit psumendū sicut in casu qñ ha-
bebat patrimonij. nā similiū eadē dīz eē rō. in. c. cū
dilecta. de cōfir. vti. vel inuti. et in. l. nō possūt. ff. d.
legi. Tertiū mēbrū etiā nō pcedit simplr s. aliter
eēt subdistinguedū. vñ cōplectēdo totā mā disti-
guo sic. qd aut cōstat platu habuisse pmonij aut nō
cōstat aut dubitat. Et hoc vltimo casu subdistinguo
qd aut dubitat vtrū habuit bona ex quibz potuerit
acquirere illa de quibus ē contentio. aut nō habue-
rat illa bona tpe sue pmoniois de quibz ē ptenno
Primo mēbro pncipali si cōstat ex quibus emit
illa bona. tūc nō ē questio. qz illius erūt ex cui? red-
ditibus acquisita fuerūt. vt in. c. inquirēdū. et qd
ibi nō. j. eo. aut dubitat qz pmissue vtebat pmo-
nio et rebz ecclie. et tūc si patrimonij erat sufficiens
ad acquisitionē illoz bonoz. ecclia vero nō. nec in
totū nec in ptem. et tūc psumit p heredē. qz cessat b
casu psumptio. c. j. s. e. et tex. xij. q. iij. c. j. aut econ-
tra qz ecclia solū erat sufficiens. patrimonij vero
tenue seu industria psonē. et tunc presumendū p
ecclia. vt in. c. j. s. eo. Si vero vterqz erat sufficiens
ad acquirēdū in totū vel in pte. tūc fiet diuisio inē
eccliam et heredē fm quātitatē patrimonij et rerum
ecclie. et pone in terminis ex ecclia habebat tricē-
ta et ex patrimonio ducenta. debet pri? detrabi qd p
latus verisimiliter expendit in personā suā. et noie
ecclie nec debet deduci expense nimis delicate. et
singas qd huiusmodi sumpt? ascendunt ad centum
aureos. psumptio insurgit qd tunc de bonis ecclie
expendit in acquisitione bonoz ducentos aureos
et ex patrimonio etiā ducentos ex quo tñ picipiebat
fiet ergo equalis diuisio inter eccliam et heredem. et

si min? pcepisset de patrimonio minore partē per-
cipiet ex acquisitis. ita videtur velle tex. i. d. c. j. xij.
q. iij. et expressius ibi glo. et sentit Inn. in. d. c. cū
in officiis. et est satis rōnabile vt ex quo non cōfice-
bat rōnez de redditibus ecclie. sed pmissue vteba-
tur cū patrimonio vt fiat psumptio nō captiosa ali-
cui. et hoc intelligo etiā si prelatus emerit noie ppro
qz nō est sibi credendū ex quo facultates ecclie eru-
berant. et nō apparet in quē vsum fuerint cōuerse.
et idem p oia dicendū quādo nō habet pmonium
sed habet industriā equiualem eadez rōne. sed
si nō habet patrimonij nec industriā psumit p ec-
clia. et vide Ly. in auē. licentia. C. de epi. et cle. vbi
idem sentit in administrationibz seculariū rerum.
nam dicit qd si administrator erat ppetuo et nihil ha-
bebat psumit acqsiuisse ex administratione. si ve-
ro tpalis. et reddebat rōnem. tunc psumit acqsi-
uisse ex industria. ar. l. si defunctus. C. arbi. tute.
qd nota p istis dispensatoribus domioz. **Ultimo**
membro si dubitat vtrū bona fuerūt acquisita vel
an habuerit tpe pmoniois. dico sic. si dubitat an
aliquid habuerit. pcedit opi. Jo. an. s. si dubitatur
vtrū illa bona de quibz ē questio acquisiuerit an p-
monioē aut post. tunc defendā possessorem i pos-
sessione sua siue heredes vñ ecclia. et sic singulariter
loquitur tex. cum glo. si bene intelligatur in. d. c. j.
xij. q. iij. et hoc nota.

Acquirendum Empta per
prelatus ex
emolumentis ecclie efficiunt ecclie. licet
prelatus emerit noie alieno. b. d. **Mo.** primo qd re-
ctor ecclie nec reddit? nec oblationes nec data pte-
ritu voti facit sua. sed cedūt vilitatibz ecclie. **Mo.**
ta qd licet sit psumptio pma fronte qd res sit empta
ex pecunia illius cui? noie instrumentū est factū. tñ
hec psumptio admittit pbationē in cōtrarium. ad
idē. C. si quis alteri vel sibi quasi p totū. **Mo.** in
subtractione redditū ecclie non cōmittit simplex
furtū sed etiā sacrilegiū. ad hoc. c. qui oblationes.
xij. q. ij. **Mo.** qd prelatus cōmittit sacrilegiū et
grauissimū crime acquirendo p sanguineis vñ sibi
de redditibz ecclie. nō tñ p hoc intelligas prelatus
nō posse cōpetens subsidij de rebus ecclie cōfer-
re suis. imo potius tenet suis et amicis qd alienis.
vt in. c. nō satis. lxxvj. di. et c. j. de coha. cle. et mu. s.
nō dīz eis tñ tradere vt faciat eos diuites. sed vt sibi
ueniat vt alijs indigētibz. xij. q. ij. monem. **An**
glo. ij. in fi. nota tres casus i quibus res empta ex
pecunia alteri? efficit illius cuius erat pecunia. vt
in milite minore et ecclia. licet hosti. dicat qd in ecclie
sua iura nō probat. Sed antiqua interpretatio ma-
gistrozum hoc habet que minime est mutanda. l.
minime. ff. de leg. tamen hoc satis pbari potest. in
c. j. s. eo. et in. c. j. s. ti. proximo. et cōmuniter hoc te-
netur etiam per glo. iuris ciuilis. vt in iuribz alle.
in glo. qñimo credet hoc pcedere in quibz clerico
quia priuilegiū tributū militi seculari extendit ad
militem dei. vt nō. glo. et Bart. in. l. miles. ff. de re
iudi. dicit in. c. j. de cle. egro. et vide ad mā qd nō.
Ly. in. l. si pponis. et l. maf. C. de rei ven.

Iquis. Meliorationes facte per
sue in vita etiam si dimittat beneficiū. sed de
his testari nō pōt. h. d. fm vñū intellectū satis nota
bilē. licet varij intellectus possūt colligi vt patet ex
infra dicendis. **N**ota pmo q clericus seu rector
ecclesie pōt vineas plantare in terris ecclesie. nō tene
tur ergo p̄cise vti rebus ecclesie in statu suo. sed pōt
meliorando mutare formā et qualitātē rei. **M**ora
scō q si prelati ex industria p̄sone sue facit rem
ecclesie meliorem nō pōt repetere qd impendit ex in
dustria sua sed cedit ecclesie. credo tñ q si prelati ex
suis patrimonialib⁹ impēdit ecclesie aliquid nō sua
p̄emplatione s̄ ecclesie poterit ipse aut su⁹ heres re
petere id qd impendit de suo. ad hoc vide tex. nō.
cū gl. xij. q. iij. l. c. ij. **M**o. vltimo q p̄seruitijs im
pensis ecclesie pōt ep̄s alicui cōcedere ad vitā posses
sionē ipsius ecclesie. facit ad id qd dixi in. c. per tuas
de dona. **I**n glo. j. in fi. ex hac glo. colligūf duo
intellectus ad tex. et est tertius intellectus notabili
or quē ponit hic Inno. vt intelligat quando rector
ecclesie in terra inculta sua industria et laborib⁹ siue
expensis plantauit vineā seu reduxit ad culturam
cā sustentationis sue. vt licet priuē postmodū bñ
ficio suo etiā rōne delicti. hec tamē terra sibi relinq
tur vsq; ad vitā suam. quidam tamē cōtra vt refert
ip̄e Inno. s̄ tene primū. qz satis ē humanū et rationi
cōsonū. ar. in. c. ad aures. de rebus eccle. nō alie.
In glo. ij. ibi nō pōt clericus. nō. glo. singularit̄
maxime iuncto principio qz quilibet clericus quali
tercūq; sit beneficiar⁹ n̄ pōt facere fructus suos vt
de ipsis posset testari. sed sibi vti licet eis ad vsu q
tidianū. sed aduerte qz gl. multū inualuit ap̄ oēs
que ē in. c. p̄nti. de offi. ordi. li. vj. distinguēs inter
clericū habentē administrationē et nō habentē et in
ter clericū simpliciter bñficiatū vt est canonic⁹ q nō
dicif habere administrationē ecclesie. primo casu vo
luit q clericus cōparet vsufructuario in vita vt sic
possit donare de rebus ecclesie moderate tñ. tex. ē in
c. ceterū. de dona. in infirmitate xō cōpatur vsua
rio. qz nō pōt aliquid donare nisi intuitu elemosy
ne. vt in. c. qz. et in. c. relati. el. ij. j. ti. pxi. **N**on ha
bens xō administrationē cōpatur vsufructuario
in vita et in morte etiā ita vt de istis redditib⁹ testa
ri possit. et dicit qz hec op̄i. fuit lhosti. et Hof. et sic trā
sit ibi Jo. an. in glo. sua. s̄ illa gl. nūq; mihi placuit
nec probat aliquo iure. nā solū fundat p. c. req̄sisti.
in fi. j. ti. j. qd. c. si bene ponderat. pori⁹ facit cōtra.
nam ibi solū dicif q si aliquid relinquit nō habenti
administrationē s̄ simpliciter bñficiato p̄sumitur reli
ctū intuitu p̄sone et nō ecclesie. et sic acquirif p̄sone et
nō ecclesie. et nihil dixit de vere acquisitis intuitu ec
clesie. sed pot⁹ pbat cōtrariū. nā cū fundet se super
p̄sumptione. ergo si cōstaret q intuitu beneficij sui
fuisset sibi relictū cederet beneficio et nō p̄sone. et sic
nō posset disponere ad libitū. idē ergo dicendū in
redditib⁹ prouenientibus ex beneficio. et p̄ h̄ alle
go tex. expressum in. s̄. fi. cū. c. sequenti. xij. q. j. vbi
tex. loquitur in canonicis. et sic nō habentib⁹ admini
strationē. et dicif q p̄bende cū p̄cedant ex rebus ec

clesie nō dant canonicis simpliciter vt faciant quic
quid velint ex redditib⁹. s̄ vt primo necessaria per
cipiant p se. et si quid superest debent expendere i vti
litate ecclesie. nam quēadmodū in alijs bonis eccle
sie disponit p habentē administrationē. ita et istis
cū sint res ecclesie et sunt diuise p̄ prebendas vt com
modius perciperent necessaria. ad idē vide glo. xij. q.
j. c. res. que dicit q si cleric⁹ emit etiā equū de red
ditibus ecclesie est ecclesie et nō p̄p̄ius. vide etiā text.
lhosti. xliij. di. in p̄ncipi. vbi dicif. nbi q sacerdos
de altari viuere pmissum est nō luxuriari. et ponit
Archi. ibi vñā op̄i. satis periculosa quā sequitur
Jo. de lig. in de. gratia. de rescrip. dicēs. q si bene
ficiatus expendit de redditib⁹ ecclesie voluptuose te
netur ad restitutionē qd nō habent ergo clerici li
berā administrationē et dispensationē fructuū bñ
ficij in bene dispensando. vide latius qd dico in re
petitione. d. c. cum esset. vbi etiā vltra alios p̄o
sequor questionem quondianā nūquid papa pos
sit dare clerico potestatem testandi de rebus acqui
sitis intuitu beneficij.

De testamentis et vltimis voluntatibus. Reica.

Continuat hec rubrica duobus modis ad p̄ce
dentia. et primo sic. Supra visum est de dispositio
ne inter viuos restabat videre de vltimis voluntatibus.
vel secūdo sic. Supra visum ē de peculio cleri
corū. sed qz dubitari pōt nūquid de omni peculio va
leant clerici cōdere testamētū. ideo subiicitur hec
rubrica. **S**ed cōtra rubricā op̄o. de supfluitate.
nā sufficiebat dicere de testamētis cū testamētū cō
p̄hendat in se vltimā voluntatem. est enī mentis te
statio. insti. e. in p̄n. sic etiā sufficiebat dicere de vlti
mis voluntatibus. qz vltima voluntas cōprehendit
testamētū. Jo. an. dicit q hoc fecit auctor ad
maiorē declarationē nostrā. **S**ed tu dic clari⁹ q te
stamētū in se p̄p̄ie sumptū nō cōp̄hendat in se
oēm vltimā voluntatē. qz testamētū ē nostre volūta
tis iusta snia de eo qz post mortē suam fieri vult
cū heredis institutione. vt habet in. l. j. iūcta gl. ff.
e. vnde sine heredis institutione nō est testm̄. vt in
sti. de leg. in. s̄. ante heredis. et p̄p̄is nō cōp̄hendit
testamētū codicillū. qz in codicillo nō potest dari
hereditas. C. de codici. in. l. si idem. nec cōp̄hendit
in se donationē cā mortis que est qsi vltima volun
tas. vñ cū auctor eēt tractaturus nō solum de testa
mentis sed etiā de alijs voluntatibus vltimis meri
to subiicit scō am prem rubricę. et qz vltima volun
tas generaliter sumpta cōp̄hendit testamētū. tamē
qz nō ois vltima voluntas ē testm̄ vt supra dixi me
rito ad maiorē declarationē posuit hic rubricā du
plicatā. **P**ro declaratione huius rubricę et vt pri
me lectioni honor adsit. quero qz pōt facere testm̄.
Jo. edictū de testamētis ē phibitoriu. oēs enī pos
sunt testari qui nō sunt specificē phibiti. vt not. gl.
et Bar. in. l. si queramus. ff. e. et spe. in ti. de instru.
edi. in. s̄. cōpendiose. vbi plene inuenies de m̄ā. tñ
puto qz hec facultas testandi sit hoib⁹ qsi gfose con
cessa. qz testator disponit in id tps quo nō ē futur⁹

de altari vñā op̄i
ad luxuriari p̄mitti